Leipzig 17

93

Det Galenus Opes, *dat Justinianus Honores.*
Quid enim
nisi
Omnem Paupertatem Et Solicitudinem
OPES denotant?
Quid *HONOR*?
Habet Omnia, Nomen, Omen, Rem
In *Honore* positos *Opes* comitantur,
Opibus destituti non *honorantur*,
H onor namque alit artes,
paritque Divitias.
Ergo
Dum Jura *Suum cuique* tribuunt,
Cultoribus suis *Utrumque* distribuunt.
Honoris
Fundamentum: *Virtus,*
Virtutis
Incrementum: Fama, Gloria,
non moritura post Mortem.
Virtus
Sororio vinculo conjuncta est
Scientiis & *Artibus,*
utrasque
Discendo exercens,
exercendo docens,
Docendo discens,
Scire enim nostrum nihil est, nisi nos scire hoc sciat alter.
Virtus est *Habitus,*
ergo
Idem esse & inesse debet Sororibus, *Scientiis,*
non innatus,
qui non dantur,
sed acquisitus
Studio, labore, Usu, optimo rerum Magistro.
Qui proinde
Gaudet *Habitu Virtutis* & *Scientiarum,*
Gaudebit & *Honoris Habitu,* & *Honore Habitus,*
dignus *Honore*, dignus & *Opibus,*
imo *utroque,*
Posito enim Antecedente ponitur & Consequens.
Recte & TIBI
Excellentissime MEINIGI!
datur *Honor*
Virtutis & *Scientiæ* fundamento
promeritus,
imo
Honores in Utroque Jure Summi,& Privilegia Doctoralia,
quibus impertiendis, &
rite conferendis
occupata FRIEDERICIANA THEMIS est.
Conscende *Cathedram,*
non hederam,
sed
Doctoralem induturus *Purpuram.*
Aperitur *Liber,*
Sapientiæ juridicæ;
Traditur *Annulus*
Symbolum Justitiæ,
Figitur *Osculum*
Honoris, seu, quod idem,
Amoris,
moris,
oris,
rei,
qui enim honoratur, amatur,
&, quem A stræa osculatur,
admiratur, apprecaturve
faustissima *Honorum*
Auspicia,
incrementa,
fastigia,
quæ
& TIBI
coronidis loco
Myrtho, & Rythmo sequenti
offert:
MEINIGIANUS *Honor*, quem *Purpura* prima *secundum*
Nummerat, innumero fine *secundus erit.*

H. W.